LAUDES FESTIVÆ

LECTIONARIUM ET CANTARIUM PRO DIVERSITATE TEMPORUM ET FESTORUM

Composuit Collegit Edidit

P. BEATUS REISER OSB

In Collegio Internationali S. Anselmi de Urbe Philosophiæ Professor et Cantor Primarius

---

EDITIO SECUNDA AUCTA

MANUSCRIPTI INSTAR

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXL

NIHIL OBSTAT

In Aedibus Collegii S. Anselmi de Urbe, die 31 Octobris 1940

† FIDELIS DE STOTZINGEN, Abbas Primas O. S. B.

IMPRIMATUR

† Fr. ALFONSUS C. DE ROMANIS, Ep. Porphyreonen.,

Vic. Gen. Civitatis Vaticanae

PRÆLEGENDA

Hæc quæ sequuntur folia legentibus et audientibus ad aures animosque demonstrant, quinam cantus in Collegio Benedictino Sancti Anselmi de Urbe in usu sint ad eas functiones, pro quibus in Libro Graduali aut Antiphonali secundum indolem horum librorum vix quidquam invenitur.

In parte priore libri expanditur, quomodo Solemnitatibus majoribus Lectiones et Responsoria secundum Breviarium monasticum, necnon Epistolam et Evangelium canamus; quapropter inscriptio *Lectionarium* ponitur. In altera parte in unum collecta habes cantica, quæ ad benedictionem eucharisticam, ad processiones aliasque similes occasiones modulamur; ex quo hujus partis inscriptio *Cantarium* elucet. Quod ea quæ hac altera parte continentur cantica, universali termino *Laudes* subsumuntur non est mirandum; sed et lectiones partis prioris, quia vox pro solemnitate temporum et festorum ad modos altiores magisque florentes ascendit, laudes sunt et vocantur.

Quibus declarata est inscriptio: *Laudes festivæ, Lectionarium et Cantarium pro diversitate temporum et festorum.* Quarum melodiarum alias ex Cantorino Congregationis Casinensis (Cantus monastici Formula), alias ex diversis libris Solesmensibus (Variæ Preces, Varii Cantus, Liber Responsorialis, Processionale Monasticum), alias - quæ asterisco ornantur - ex libris Ecclesiæ Mediolanensis, alias ex traditione tum scripta tum orali deprompsimus, et quidem unam alteramve, prouti melius videbatur, paulisper immutavimus. Non paucæ ab editore de novo compositæ sunt. Id imprimis nobis erat in votis, ut omnes, cujus-

cumque gentis essent vel nationis, in hortulo hujus libri unum alterumve propriæ patriæ flosculum invenirent, cujus odor nonnihil conferret ad animorum solatium, refrigerium, medelam, elevationem.

Cum hic de editione privata agi nota adiecta « manuscripti instar » demonstret, nulli privilegio præjudicari nullumque ius lædi apparet. Cantica hisce oblata simpliciter quæ a nobis fiunt, confratribus et amicis exponunt. Quodsi exposita placent vel etiam ad imitationem movent, gaudemus; quod perfectiores perfectiora et perfectius agunt, gaudemus magis.

Denique id unum ardenter æque ac sincere desideramus, ut hæc folia omnibus magnæ familiæ Anselmianæ commensalibus et amicis nostram erga ipsos demonstrent reverentiam, gratitudinem, amicitiam, concordiam in Domino et caritatem.

In Collegio Sancti Anselmi de Urbe.

P. Beatus Reiser O. S. B.

INDEX

DUO PRÆLUDIA

I - De quibusdam Cantus et Cantus gregoriani elementis

II - Exhibetur Tabula Cantus et Recitationis

PARS PRIOR

LECTIONARIUM

IN VIGILIA NATIVITATIS D. N. J. C.

Cantus Martyrologii

IN NATIVITATE D. N. J. C.

IN EPIPHANIA DOMINI

IN TRIDUO SACRO MAJORIS HEBDOMADÆ

DOMINICA RESURRECTIONIS

DOMINICA PENTECOSTES

PARS ALTERA

CANTARIUM

PROPRIUM DE TEMPORE

PROPRIUM SANCTORUM

PRO VARIIS OCCASIONIBUS

DUO PRÆLUDIA

I — DE QUIBUSDAM CANTUS ET CANTUS GREGORIANI ELEMENTIS

§ 1 - De rhythmo

1 - Rhythmus in abstracto est « ordinatio motus », in concreto « motus ordinatus », cuius omnes et singulae partes, ut dictionis syllabae vel musicae notulae, connexae sunt et quasi concatenatae, aliae aliis subordinatae, ita ut unum quid efficiant, totum motum ordinatum seu synthesim rhythmicam.

2 - Haec synthesis rhythmica ad analogiam continui permanentis partibus constat magis ac magis amplis seu motibus in se iam integris, coniunctis tamen, qui vocantur pedes, incisa, membra, periodi. Periodus membris, membrum incisis, incisum pedibus seu minimis motibus constituitur; et hi ipsi minimi motus duobus vel tribus simplicibus componuntur elementis, quae sunt « tempora prima, simplicia, indivisibilia ». Tempus primum ergo = singula syllaba = singula notula. Motus elementaris = motus minimus, qui componitur ex duobus vel tribus temporibus primis seu simplicibus.

3 - Omnes notulae cantus gregoriani, cuiuscumque sunt formae, sive singulae sive in neumis agglutinatae, idem valent ac tempus primum et sunt indivisibiles. Quae temporis primi notio maximi refert, cum in ea tamquam in fundamento suo firmetur rhythmus.

4 - Quamvis syllaba a syllaba, nota a nota sit distincta, ne tamen sit seiuncta, sed coniuncta, ut habeatur fluxus vere continuus, et non discretus, alias syllabatio magis esset quam cantus vel recitatio.

5 - Sicut pausa finali indicatur finis totius melodiae, maiore finis periodi, minore finis membri, minima finis incisi, ita finis motus elementaris seu minimi significatur ictu rhythmico.

a) Ictus rhythmicus seu *ictus* simpliciter est thesis illa, quae minimos motus concludit et in secundo aut tertio tempore simplici

recurrit. Arsis enim motus minimi unum tempus primum vel duo, non plura, ipse motus minimus duo vel tria tempora prima, non plura comprehendere potest.

NB. – Tempus primum numquam *est* ictus, sed *habet* ictum; ictus in se est quid indivisibile, tempus primum quaedam duratio.

b) Ictus numquam dicit maiorem vim seu intensitatem vocis neque longiorem durationem neque syllabam accentuatam, sed ad id solum spectat, ut motum seu fluxum melodicum *distinguat et ordinet*.

c) Numquam duo tempora prima *immediate* sibi succedentia ictum habere possunt.

d) In melodiis gregorianis ictus *ponitur*, prout ab ipsa melodia, a textu, ab antiquis codicibus manuscriptis suadetur, immo saepe saepius expostulatur.

6 – MELODIA ERGO GREGORIANA ut synthesis rhythmica est notularum fluxus, cui ictu libere, i. e. incertis intervallis partim in tertio partim in quarto tempore simplici, arte inspirante posito ordo inest, proportio, pulchritudo.

Simili modo sicut cantilena, sic et TEXTUS ut synthesis rhythmica est syllabarum fluxus, cui accentu tonico (seu accentu simpliciter), libere, i. e. incertis intervallis, partim in tertio partim in quarto tempore simplici recurrente, ordo inest, proportio, pulchritudo.

7 – In omni ergo cantu gregoriano concursus adest duorum motuum, motus melodiae et motus textus, quorum prior ictu, alter accentu ordinatur; et quatenus ictus et accentus saepe non coincidunt, alius motus ad alium oppositionem dicit. Quare sicut in polyphonia recenti CONTRAPUNCTUS MELODIARUM, ita in cantu gregoriano CONTRAPUNCTUS MOTUUM SEU RHYTHMORUM apparet.

8 – Si igitur in polyphonia recenti ARS SUMMA est plures melodias oppositas penes rectum aequilibrium concinere, in cantu gregoriano summum erit, ut duo rhythmi, et melodiae et textus, secundum iustum aequilibrium concurrant, canendo perficere.

9 – Qualis sit rhythmus, EX NEUMIS apparet, de quarum figuris auctores periti consulantur.

De QUILISMATIS interpretatione haec notare placeat:

a) Si Quilismati *neuma* duarum notarum praecedit, harum prior duplicetur.

b) In *omnibus aliis* casibus nota Quilisma immediate praecedens duplicetur.

c) Sonus *ipsius* Quilismatis subtilior leniorque potius sit quam intensior et velocior.

10 – Summi momenti pro rhythmo est PAUSAS seu divisiones, quas intellectus tam verborum quam modulorum exigit aut permittit, quam diligentissime observare. Atque pausae hae sunt:

a) *Mora vocis* vel simpliciter « mora »: Quando ad eandem syllabam plurimae aptantur neumae, harum series in varias ita dividitur partes, ut aliae inter se omnino vel fere cohaerentes contigue decurrant, aliae vero latiore spatio ab invicem separentur. Ubicumque tanto spatio ab invicem separantur, ut una saltem nota interponi possit, ultima figurae praecedentis nota duplicetur. Haec mora vocis secundum regulam auream ne umquam fiat, ubi nova syllaba dictionis iam inchoatae sequitur, quantumvis spatium interveniat.

b) *Pausa minima* : Haec morulam vocis designat sinitque, si opus est, aërem haustu brevissimo renovare; quod tamen sub ultimae notae duratione fiat. Quasi dici potest: Pausa minima adest, non tam ut *observetur*, sed ut videatur, ubi pausa observari *possit*. Si igitur numerus cantorum maior est, pausa minima melius non observatur; si minor, melius observatur.

c) *Pausa minor* : Ultima nota vel duae notae ultimi binarii duplicentur, et respirandi copia detur; quare ipsa pausa per unum tempus primum se extendat.

d) *Pausa maior* : Plene respirandi dat locum. Ipsa pausa per duo tempora prima extendatur.

e) *Pausa maxima seu finalis* : Totum cantum vel eius partem principalem claudit. *Aliud quoque munus* linea sic geminata in libris choralibus saepe saepius implet; notat enim, ubi post inceptum cantum vices cantandi mutantur, sicut e. g. in Gloria, Credo, in Sequentiis. Quo in casu illa pars Chori, quae proxime canet, ultima nota duplicata, nulla tamen pausa interposita, cantum simpliciter prosequatur.

§ 2 - De intensione et remissione vocis

1 – Cum in privato iam colloquio vox secundum aliam et aliam accentuationem per varios intensitatis gradus moveatur, in cantu etiam hanc, quae et intensione et remissione vocis efficitur, iucundam varietatem deesse non licet. Quam in accentuatione radicari apparet. Atque bene distingue accentuationem et accentum. ACCENTUS ad unam solam syllabam pertinet, ad syllabam acutam, ACCENTUATIO ad omnes syllabas, ad totum verbum. Si secundum maiores accentus est «velut anima vocis», accentuatio haud inepte «velut animatio» appellatur.

2 – Accentuatio si est bona, TRIA praebet:

a) Aliquid *praeparatorie*, ascensum: Syllabas acutam praeceedntes dulciter intendit et ad accentum praeparat seu conducit.

b) Aliquid *principaliter*, tenet fastigium: Determinatam syllabam accentu afficit, acuit, magis intendit quam praecedentes.

c) Aliquid *subsequenter*, descensum: Syllabas sequentes et concludentes remittit et ad quietem perducit.

Quae omnia sine impetu, dulciter et quasi sponte a bene accentuante praebentur.

3 – Semper igitur canentibus nobis intensitas vocis MEDIA sit, neve nimis submissa neve nimis clamosa, ut secundum circumstantias et augeri possit et remitti.

4 – Quomodo illud subtile intensionis et remissionis TEMPERAMENTUM inveniatur, textus simul et melodiae meditatio revelabit.

5 – Studium in id semper ponatur, ut linea intensitatis MOTUM VITALEM ab infra ad supra perficiat, ascendat et descendat; alias illa, quae in omni genere artis desideratur, oppositio et varietas deest. Generatim igitur

a) Linea melodica *ascendens* modeste intendatur, *descendens* remittatur.

b) Syllaba *acuta* prae ceteris tantulum intendatur.

c) Praecipue semper inquiratur, ubi et textus et melodiae sint *cacumina*, in quibus intensitas est maior et maxima, cum in planis sit remissa.

d) *Ultima* syllaba vel figura, ad quam immediate sequitur pausa, semper sit remissa. Pessime agunt, qui unicuique syllabae vel notae proprium impulsum dantes ultimam veluti malleo percutiunt et contundunt.

6 – Quodsi quaedam SYLLABA NON ACUTA melismate florenti ornata est, remisse semper incipiatur, quin quidquam obsit, quominus postea intendatur.

7 – Sive intensitas vocis crescit sive decrescit, semper illa SIMPLICITAS servetur et REVERENTIA, quae Dei et domum et opus decent. Quapropter omne canendi genus patheticum et theatrale scrupulose excludatur.

§ 3 – De ratione temporis

Omnis sermo omnisque cantus ut aliquid extensum tempore mensuratur; de qua mensuratione haec valent:

1 – Cum lectio et cantus in id tendunt, ut quae canuntur plane possint intelligi, MODERAMEN TEMPORIS ita semper disponatur, ut verba perfecte intelligantur. Cantus enim litterae sensum non evacuet, sed fecundet.

2 – Cantus ne nimia levitate praecipitetur neve inepta gravitate protrahatur, sed semper, qualiscumque sit temporis mensura, SOLUTE ET ELEGANTER fluat.

3 – In mensura temporis eligenda iuste CONSIDERENTUR HAEC: melodia, textus, spatium totaque cantorum et auditorum in spatio dispositio, ipsi cantores quoad numerum et formationem; cantores enim non perfecte efformati celerius potius canant, quia alias periculum vix effugient, ne notas et syllabas martellate pronuncient et nimis disseccent.

4 – In AMPLIORIBUS intervallis cantus paulisper trahatur, in MINORIBUS et minimis semper celeriter currat. Similiter motus velox sit in iis cantibus, qui alternantibus vicibus fiunt (Gloria, Credo, Sequentiae) necnon in iubilo « Alleluia ».

5 – Etiam in observanda mensura temporis modesta quaedam VARIETAS delectat, ita ut e. g. post celerem motum chori schola modice trahendo incipiat, scholam vero chorus velociter alacriterque progrediendo excipiat.

§ 4 – De bona lectione

1 – Unusquisque sciat BENE LEGERE, i. e. singulas litteras et syllabas rite efferre, quin quidquam inepte corripiatur vel protrahatur, voces secundum rectum accentum grammaticae latinae pronun-

ciare necnon secundum interpunctiones prudenter coniungere et dividere, ne oriatur tantummodo syllabarum acervus, sed una et tota propositio bene cohaerens et simul per incisa et membra clare distincta, ut quae leguntur, plane perfecteque intelligantur.

2 – Quae AB UNO SOLO, sive hebdomadario sacerdote sive antiphonario, leguntur vel canuntur, voce tam clara et distincta pronuncientur, ut ab unoquoque sine libro commode intelligi possint, quia alias convenientius forsitan per pauca momenta silentium interponeretur, ut unusquisque textum occurrentem privatim legat.

3 – Simili modo OMNES recitantes et canentes voce utantur tam clara et distincta, ut verba sacra ab unoquoque in ecclesia commorante et Officio Divino assistente facile intelligi possint.

4 – Quicumque ut bene legat, operam dat, attendere debet, ut OCULUS VOCEM PRAECEDAT; alias impedimenta obvenientia vix umquam superabit.

§ 5 – De signis cantibus adiectis

1 – In hoc libro notulis nonnumquam apices et litterae superimponuntur, quibus quomodo canatur, quantitative et qualitative tam accurate determinatur, ut oculis facile appareat.

2 – Signa, quae iam a Beato Notkero, Sancti Galli monacho praeclarissimo, in usum assumebantur et hic levi quadam sensus mutatione reintroducuntur, haec sunt:

a) Signa, quae *divisionem rhythmicam* indicant:

ˈ Ictum significat.

x (« exspecta »): Nota duplicatur.

x. Duæ notæ duplicantur.

p (« prematur »): Ad divisionem rhythmicam spectat quatenus indicat in notam theticam levem pressionem esse exercendam.

NB. – Quando podatus afficitur littera « p », valet pro prima nota, non pro secunda; ex. g.  est 

b) Signa, quae *rationem temporis* indicant:

i (« inferius »): Lento.

g (« gradatim »): Accelerando.

c (« celeriter »): Mosso, allegro.

t (« trahas »): Ritardando.

c) Signa, quae *intensitatem vocis* indicant:
e[1] (« tenuiter »): Piano.
s (« sursum »): Crescendo.
f (« cum fragore »): Forte.
d (« deprimas »): Decrescendo.

d) Signa, quae *rationem temporis et intensitatem vocis simul* tangunt:
l (« levare »): Con slancio.
a (« ample »): Importante, maestoso.

e) Signa, quae praecedentia *modificant*:
v (« valde »): E. g. Vi = molto lento, vs = molto crescendo.
m (« mediocriter »): E. g. mt = un po' ritardando, mf = mezzoforte.

m se solo medietatem significat et respectu celeritatis et respectu intensitatis.

3 – De quorum signorum USU haec deliberes:

a) Signa neque animum neque artem neque disciplinam cantorum supplent, sed *praesupponunt.*

b) Signa progredi scientem *dirigunt*, ne deflectat.

c) Quare haec signa non *ponuntur*, nisi ubi dubia, obscuritates, errores facile oriri possunt. Ubi e. g. una lectio vel unum responsorium signis instruitur, ceterae lectiones ceteraque responsoria signis omnino vel fere omnino carent, ad exemplar priorum modulanda sunt. Saepe saepius etiam melodiae solemniores, quae ab uno solo canendae sunt, signis quasi ex toto carent, quia peritus cantor (neve alius has melodias canere praesumat!) et sine signis quomodo canat inveniet et hic non sine bona ratione maiorem libertatem sibi vindicabit.

d) Valor signorum cum *unam solam notam* tangit tum saepissime *ulterius se extendit*; in casu particulari utrum accidat, totus orationis et melodiae contextus facile docebit.

4 – Quaerenti, CUR haec signa in hoc libro reintroducantur, haec respondeo:

a) Ut *aliqua* signa ponerentur, fere omnes desiderabant.

b) Signis, quae in libris gregorianis a *Desclée* editis adhibentur, mihi non licuit uti.

c) *Nova eiusdem generis* signa excogitare, quae scil. similiter ex punctis, lineolis, apicibus constarent, expedire visum non est, cum

[1] Non est Notkerianum.

haec signa nostro libro praeter alios aliis et similibus signis instructos utentibus confusionem magis praeberent quam utilitatem.

d) Signa in musica *recentiore* adhibita ut a figuris gregorianis nimis aliena exclusimus.

e) Ergo ad litteras *Notkerianas* redire placuit, quae cum scriptura gregoriana optime congruunt et intellectu sunt facillimae.

f) Quibus explicatis qui *nihilominus* litteras Notkerianas vult reicere, libere reiciat; dirigunt enim volentem, non cogunt nolentem. Litterae quia non intra, sed supra lineas ponuntur, legentis neque oculos offendunt neque artem perturbant.

§ 6 - **Normae generales statuuntur**

1 – Quicumque LIBERE ET PROPRIIS VIRIBUS PSALLERE desiderat, notarum et neumarum figuras ceteraque signa adiecta necnon quaecumque §§ praecedentibus explicata sunt, attente legat, accurate sciat, patienter exerceat. Quae qui moleste fert, valde se contineat, ut potius ducatur quam seducat.

2 – Cum hic de scientia practica agatur, EXERCITIA frequentia omnino necessaria sunt pro omnibus, etiam pro choris bonis et optimis, immo et pro Schola.

Tunc enim solummodo choris inerit illa uniformitas, unanimitas, immo organica quasi et naturalis unio, quae Pio XI erat in votis haec solemniter eloquenti: « Omnes rite psallentes, cum suorum animorum in adorando Deo unitatem mirifice ostendant, tum... sempiternam illam Seraphim laudem aemulari videntur ». (Const. Apost. « Divini cultus sanctitatem », 20 dec. 1928, n. III).

Pateant ergo omnium aures et iis, quae Pius XI f. m. non tam scripsit quam praescripsit: « Esto igitur », inquit, « in seminariis ceterisque studiorum domiciliis... brevis quidem, sed frequens ac *paene cotidiana* cantus gregoriani et musicae sacrae lectio vel exercitatio », l. c. n., II). Et praeterea: « Ne quis in posterum faciles excusationes praetexat... ordines canonicorum omnes ac religiosae eaedem communitates de his rebus in statis coetibus agant » (ibid., n. IV). Cum argumentum prius de solis studiosis sit, alterum est de communitate religiosa tota.

3 – Unusquisque, sive Pater sive Frater, quae a se solo canenda vel legenda sunt, diligentissime PRAEPARET, « ut officium suum bene

impleat » et « ut aedificentur audientes ». Quod monitum praecipue respectu martyrologii et lectionum urget. Atque omnes curent, ut in omnibus, immo et in brevioribus Officii partibus, ut in capitulis et orationibus, interpunctiones rite observentur, quae non tam ut spiritus, sed ut conservetur pulchra distributio, sunt positae. Neve quisquam quidlibet ex corde canat aut recitet.

4 – Maxima quoque adhibenda est cura, ne inaequalitas cantionis cantica sacra vitiet. UNA QUALITATE cantemus, simul incipiamus, simul pausemus. Nemo solus et a ceteris independenter syllabam vel notam vel neumam protrahat aut contrahat, acceleret aut retardet, sed omnes simul exeant et redeant.

5 – Qua unitate ut psallentes inter se iungantur, omnes non ei, qui plus audet, sed ei soli, qui a superiore constitutus est, CANTORI se conformare studeant. Ut praeter superiores in Choro sit « cantor seu rector chori », Summus Pontifex explicite praescripsit (l. c., n. IV). Cantor ergo non est praeses, sed dux et auriga chori, superior non est dux, sed praeses.

Cantoris est (l. c., n. IV):

a) « Liturgiae cantusque choralis normas *in usum deducendas* curare »;

b) « Singulorum vel chori universi vitia *emendare* ».

6 – Quicumque aliquo qualicumque modo, voce vel auditu, vel etiam arte, immo forsitan et animi promptitudine DEFICIUNT, « per modestiam Christi » rogantur, ut submissa voce psallentes, inter sonum chori concinentis inclusi et absconditi, ipsi in altiora potius ferantur, quam proprio pondere propriove excessu alios perturbent et in profundum trahant.

7 – ULTIMA RATIO, cur tam vehementer insistimus, ut normae hic propositae sancte ab omnibus observentur, haec est, quia Officium in Choro a nobis peragendum est opus non servi, sed filii, « opus divinum », quod a nobis pro tota Ecclesia, pro tota societate politica, pro tota societate humana nomine et auctoritate Dei et hominis Iesu Christi, Sacerdotis absolute supremi Sanctissimae Trinitati quotidie offertur. Quidquid negligentia vel contumacia huic operi sublimi detrahitur, Dei cultui et animarum saluti detrahitur. Quidquid vero devotione et diligentia ad decorem officii choralis confertur, in Dei laudem celebrandam totiusque Ecclesiae corpus iugiter fovendum

redundat. Haec omnia mature consideranti apparebit in celebratione operis Dei, ubi individuum quotidie se inserit communitati, palmes viti, consistere tum essentialem nostram mortificationem et disciplinam, tum praecipuam animorum nostrorum requiem et delectationem. « Ego sum vitis vera, vos palmites; qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum » (Io. 15, 5).

II — EXHIBETUR TABULA CANTUS ET RECITATIONIS

Ab initio nota recitationem et cantum non essentialiter, sed modaliter distingui. Recitatio quoque essentialiter est cantus; est enim continuum fluens, quod ex multis sonis voce humana cum imaginatione prolatis consistit. Sed in cantu continuum componitur ex multis sonis, quae sunt *diversae* altitudinis et quasi per lineam curvam se extendunt; in recitatione vero soni *eiusdem* sunt altitudinis et velut secundum lineam rectam defluunt. Linea ergo fluens semper adest, cuius modus tantummodo penes rectum et curvum variatur.

§ 1 – De intonatione

1 – IN CANTU: Initio imponitur « Deus in adjutórium meum inténde... ».

a) *Melodia*: Secundum usum in Collegio S. Anselmi vigentem *tonus solemnis* sumitur pro omnibus festis dupl. primae classis ad I et II Vesperas tantum, – *tonus communis ad libitum* pro omnibus Dominicis, pro festis duplicibus minoribus, pro diebus infra Octavas ad Vesperas, insuper ad Laudes, quae in Solemnitatibus et summis Festivitatibus canuntur, – *tonus communis* in omnibus aliis casibus.

b) « Deus in adjutórium » *imponatur* in nota *si* ♭, exceptis Laudibus ad quas melius eligatur nota *la*.

c) *Pausae* secundum novum Antiphonale Monast. serventur. Qua in re bene cogita pausa minima non dari respirationi locum.

d) Intonatio *celeriter leviterque* canatur.

2 – PRO RECITATIONE:

a) Ad intonationem tonum potius eligamus *medium*, quem attentione convenienti adhibita certo omnes facile tenere possunt. Hic tonus per totam introductionem servetur usque ad psalmos. Tam-

quam *introductio*, habeatur: Ad Matutinum «Deus in adjutórium», «Dómine lábia» et psalmus «Dómine quid multiplicáti sunt», ad Laudes «Deus in adjutórium» et psalmus «Deus misereátur», ad Horas Minores «Deus in adjutórium» et hymnus, ad Vesperas «Deus in adjutórium», ad Completorium lectio brevis, confessio, absolutio.


b) *Pausae* hoc modo observentur: De*us*,⁀in adjutórium me*um* intende. + ℟ Dómin*e*,⁀ad adjuvándum m*e* festína. * Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto: * Sicut erat in princípio et nunc et semp*er*,⁀et in sæcula sæculórum,⁀amen. *+ Allelúja.

Nota: De*us* = Mora sine respiratione.
+ = Pausa unius temporis.
* = Asteriscus = Pausa duorum temporum.

c) Sicut cantus, ita et recitatio intonationis ne sit ullo modo gravis, sed *levis et expedita.*

d) Recitatio *tenuiter semper suaviterque* fluat.

e) Ad *Completorium* vox elevetur iam ad «Converte nos» hoc modo:



§ 2 – De corpore alicuius Horae

A) – *PRO CANTU:*

1 – ANTIPHONA:

a) *imponitur* aut a celebrante (sacerdote hebdomadario) aut a cantore.

b) In Vesperis et Laudibus *prima* antiph. ad Psalmos necnon Ant. ad Magnif. et Bened. a celebrante, ceterae a cantore imponuntur, ad quem etiam intonatio commemorationum spectat.

c) Si officium fit *sine organo*, cantoris est iudicare, utrum antiph. et hymnus a celebrante, an melius ab ipso cantore imponantur.


d) Intonatione facta totus chorus *pergat* observata ea, quae in ipsa linea ponitur, pausa. Ubi neque pausa adest neque mora, Chorus subito, suaviter tamen ingrediatur.

2 – Psalmi:

a) Unusquisque psalmus a duobus (vel quatuor) cantoribus *imponitur*.

b) Singuli versus a Schola et a Choro *alternatim* canuntur, primus a Schola, secundus a Choro etc.

c) *Asteriscus* hoc modo fiat: Nota asteriscum immediate praecedens duplicetur, pausa minor per unum tempus extendatur, ita ut asterisco de facto duo tempora attribuantur. Hoc modo iam primi versus asteriscus immediate post intonationem servetur.



Bene attendas quomodo ictus ponatur; quare syllaba paenultima accentuata numquam protrahatur.

d) *Flexa* (+) hoc modo fiat: Duplicetur nota flexam immediate praecedens, sub cuius duratione minima pausa fiat. *Vel*, utilius forsitan et magis practice: Nota flexam immediate praecedens ne duplicetur, sed leviter cadat, pausa minima unius sit temporis.

e) Unusquisque versus hoc modo *finiatur*: Secundum qualitatem differentiae finalis ultima nota vel duae ultimae notae suaviter duplicentur, quin quidquam aliud protrahatur. Dein chorus alter subito et sine ulla mora prosequatur cantum.

f) *Transitus* ab ultimo versu psalmi (... saeculórum, amen) ad antiphonam repetendam sic fiat: Ultima nota ultimi versus duplicetur, dein pausa unius temporis intercedat, et subito totus chorus antiphonam alacriter assumat.

g) Idem tenor, secundum quem iam intonatio « Deus in adjutórium » fiebat, certo per omnes psalmos et ad Capitulum servetur.

h) *Psalmodia solemnis* ad sola cantica Evangelii fit, et quidem *ad Magnif.*: Omnibus Dominicis, festis dupl., diebus infra Oct., – *ad Bened.* summis festivitatibus, si laudes ex integro canuntur. Quae de psalmis in communi exposita sunt, etiam de psalmodia solemni valent, quae et ipsa solute et expedite fluat.

3 – HYMNI:

a) Praesertim *varietas pausarum* omnino scrupulose attendatur, neve pausa fiat, ubi scripta non est, neve alia quam quae scripta est.

b) Syllabae *supermetricae* (charactere cursivo scriptae) tam in cantu quam in recitatione elidantur.

c) Post intonationem Schola vel Chorus excipiat melodiam *secundum qualitatem pausae*, qua intonatio terminatur. [1]

d) Transitus *ab una stropha ad aliam* fit sicut ab uno versu psalmi ad sequentem: Ultima nota duplicatur, et chorus alter sine ulla mora cantum prosequitur.

e) Transitus *ad* « *Amen* » sic fiat: Ultima nota strophae duplicetur, dein pausa unius temporis intercedat.

f « *Amen* » sic canatur: Torculus (vel clivis) super prima syllaba minime protrahatur; podati, alteri syllabae attributi, ambae notae duplicentur.

4 – SUPPLICATIO LITANIAE:

a) Ad « *Christe eléison* » ultima nota duplicetur, pausa minor unius tantummodo sit temporis.

b) « *Dominus vobiscum* » *et Oratio*:

1 * *Ad Vesperas et Laudes*, insuper ad Matutinum uti licet aut tono recentiore multorum usu recepto et festivo et feriali secundum dierum diversitatem, – aut tono antiquiore (Antiph. Monast. p. 1237).

Si adhibetur tonus antiquior, oratio cum cantu « Pater noster », qui immediate praecedit, sic coniungi potest: Aut ad « Pater noster » sumatur tenor profundior (e. g. *la* vel *la*♭), et « Dom. vobisc. » hac eadem nota incipiatur; – aut ad « Pat. n. » sumatur tenor ordinarius (*si*♭) vel altior, quo in casu « Dom. vob. » incipiatur tono quarta profundiore quam tenor (i. e. *fa* vel *fa* diesis).

2 * *Ad Horas Minores et Completorium* servetur tonus simplex (Antiph. Monast., p. 1239), qui insuper adhibetur post Antiphonam de B.M.V. in fine Officii et in quibuscumque precibus et benedictionibus, nisi speciale quid notatur, necnon per totum Officium Defunctorum.

[1] In «Cantario» litteris C, Sch, Ch, indicatur quaenam partes a Cantore, a Schola, a Choro canendae sunt.

B) – *PRO RECITATIONE*

1 – ANTIPHONAE:

a) Intonatio ab omnibus *uniformiter* fiat, i. e. usque ad asteriscum.

b) Post intonationem secundum qualitatem *interpunctionis* chorus pergat.

c) Ad *virgulam* numquam pausae fiant; quae regula etiam pro Respons. Matutini valet.

2 – PSALMI:

a) *Post antiphonam*, pausa unius temporis (+) interiecta, psalmus imponatur. Quo facto servetur asteriscus, et chorus pergat.

b) Ad psalmodiam fere semper vox integro tono *elevetur*.

c) *Asteriscus* (*) sic servetur: Ultima syllaba, asteriscum immediate praecedens, non duplicatur; ipsa pausa est duorum temporum.

d) *Flexa* (+) sic fiat: Ultima syllaba, flexam immediate praecedens, non duplicatur; ipsa pausa est unius temporis.

e) *Versus sic finiatur*: Ultima syllaba... non duplicatur, sed suaviter cadat.

f) *Inter versum et versum*, necnon inter ultimum versum psalmi et antiphonam repetendam pausa unius temporis (+) intercedat.

g) Choro a recto tono deflectente *occasio conveniens* exspectetur, qua data ad pristinum tonum reascendatur. Tales occasiones convenientes sunt: Ad ℣℣. Nocturnorum, ad Capitulum post psalmos etc. Quasi ut regula fixa sumatur: In unaquaque Hora ad Capitulum vox elevetur. Ne tamen iusto saepius hoc fiat, e. g. ad omnem quasi psalmum, quia Chorus nimium perturbaretur et magis adhuc in profunda traheretur.

3 – RESP. BREVE: Ad asteriscum pausa unius temporis (+) fiat.

4 – HYMNUS:

a) *Intonatio* primum versum tangit et semper secundum eandem temporis mensuram fiat, quam chorus sequi debet.

b) Intonatione facta chorus *sine mora* subito pergat.

c) Post 2, 4,... versum *pausa* unius temporis (+) intercedat.

5 – VERSICULUS: Tempore Paschali sine ulla mora adiungatur « alleluia ».

6 – Preces: In Prima et in Completorio ad Preces gradu unius toni descendatur, et quidem vox deprimatur ad Credo, non prius neve posterius, et iterum elevetur ad « Dóminus vobíscum », non prius. Et sic preces integrae paulisper profundius recitantur.

7 – Quae in Prima ad « Pretiósa » sequuntur, hoc modo dicantur: « Deus in adj. etc. ... Glória Patri et Filio et Spiritui Sancto. + Sicut erat in principio et nunc et semper, et in sæcula sæculórum, amen... ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, + et ópera mánuum nostrárum dirige super nos, * et opus mánuum nostrárum dirige. ℣. Glória Patri... ℟. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in sæcula sæculórum, amen ».

8 – Supplicatio Litaniae:

a) *Post « Christe eléison »* sit pausa unius temporis (+).

b) Oratio ne sine ulla respiratione dicatur, sed *secundum interpunctiones* apte dividatur, praesertim ad«;» et«:» Vide supra I § 6, n. 3.

c) Quicumque orationem vel aliud quid *solus* dicit vel canit, eandem quam chorus servat temporis mensuram vel celeritatem et ipse servet.

9 – « *Te decet laus* » hoc modo recitatur: « Te decet laus, * te decet hymnus: * Tibi glória Deo Patri et Fílio cum Sancto Spíritu + in saécula sæculórum, amen ».

§ 3 – De conclusione Officii

A) – *PRO CANTU*

1 – « Benedicamus Domino »:

a) *Ad Vesperas et Laudes* secundum diversitatem temporum et festorum canitur.

b) *Ad Horas Minores* semper sumitur tonus simplex Antiph. Monast. p. 1243.

c) In fine Horae, quae *Missam pontificalem* immediate praecedit, B. D. cantatur in tono Laudum eiusdem diei vel festi.

2 – Ad « Fidelium animae » vox paulisper et correspondenter ad tonum, quo clauditur « Bened. Dóm. », deprimitur. Eodem tono aliquantulum profundiore dicitur « Dóminus det nobis suam pacem ».

3 – ANTIPHONAE FINALES B. M. V.:

a) Modus *solemnis* semper alternatim a Schola et Choro canitur.


b) In modo *simplici* post intonationem totus chorus simul pergat. Exipe « Salve Regína », quod alternatim a Schola et Choro canitur.

4 – « DIVINUM AUXILIUM... » dicatur in tono, qui quinta profundior est tenore Orationis immediate praecedentis. Si e. g. hic tenor est *la*, « Div. aux. » dicatur in *re*.

B) – *PRO RECITATIONE*


Singulae Horae sic claudantur:

1 – PRIMA:



Requi-éscant in pace. ℟. Amen.


2 – CETERAE HORAE:




Fidé-li-um ánimæ... in pace. ℟. Amen.



Dóminus det nobis... Salve Regína...



Divínum auxí-li-um... nobiscum. ℟. Et cum frátribus nostris absénti-



bus, amen.

LECTIONARIUM


IN VIGILIA NATIVITATIS D. N. J. C.

CANTUS MARTYROLOGII


A) Modus ordinarius





todé-cimo; a Mó-y-se et egréssu pópu-li Isra-ël de
Ægýpto, anno mi-llé-simo quingenté-simo dé-cimo; ab
uncti- óne Da-vid in regem, anno mil-lé-simo tri-gé-simo
se-cúndo; Hebdómada sexa-gé-sima quinta, juxta Da-ni- é-
lis prophe-tí- am; O-lympí- a-de centé-sima nona-gé-sima
quarta; ab Urbe Roma cóndi-ta, anno septingenté-simo
quinquagé-simo secúndo; anno Impé-ri- i Octa-vi- á-ni
Augústi quadragé-simo se-cúndo, to-to Orbe in pa-ce
compó-si-to, sexta mundi æ-tá-te, Jesus Christus, æ-térnus



De- us æ-terníque Patris Fí- li- us, mundum vo-lens advéntu




su- o pi- íssimo consecrá-re, de Spí-ri- tu Sancto concéptus,




no-vémque post concepti- ónem decúrsis ménsibus:

Hic vox elevatur, et omnes genua flectunt:




In Béthlehem Juda násci-tur ex Ma-rí- a Vírgine factus




homo.

Lente et solemniter:




Na- tí-vi-tas Dómi-ni nostri Jesu Chri-sti secúndum carnem.

B) Modus solemnior ad libitum



Octávo Ka-léndas Janu- á-ri- i. Lu-na pri- ma.
se- cún-da.
etc.
oc-tá- va.



- - tér-ti- a. Lu-na dé- cima quar- ta. tér-ti- a.
- - sépti-ma. se-cun-da
- undé-ci-ma. - - -
du- o- dé-ci-ma. oc-ta- va
Lu-na vi-gé-sima pri- ma. tér-ti- a. etc.
Anno a cre- a-ti- ó-ne mundi, quando in princí-pi- o
De- us cre- á-vit cæ-lum et ter- ram, quínqui- es mil-lé-simo
centé-simo nona-gé-simo no- no. A di-lú-vi- o autem, an-
no bis mil-lé-simo nongenté-simo quinquagésimo séptimo.
A na-ti-vi-tá-te Abrahæ, anno bis mil-lé-simo quinto dé-
cimo. A Mó-y-se et egréssu pópu-li Isra- ël de Æ-


gýpto, anno mil-lé-simo quingenté-simo dé-cimo. Ab un-
cti- ó-ne Da-vid in regem, anno mil-lé-simo tri-gé-simo se-
cúndo. Hebdómada sexa-gé-sima quinta, juxta Da-ni- é-
.lis prophe- tí- am. O-lympí- ade centé- sima nonagé-si-
ma quarta. Ab Urbe Roma cóndi-ta, anno septingenté-
simo quinquagé-simo secúndo. Anno Impé-ri- i Oc-
ta-vi- á-ni Augústi quadra-gé-simo se-cúndo, to-to or-
be in pa-ce compó-si-to, sexta mundi æ-tá-te, Je-sus


Chri- stus, æ-térnus De- us æ-terníque Patris Fí-li- us, mun-
dum vo-lens advéntu su- o pi- íssimo consecrá-re, de Spí-
ri-tu Sancto concéptus novémque post concepti- ónem de-
cúrsis ménsi-bus in Béthlehem Judæ násci- tur ex Ma-
rí- a Vírgi-ne fac- tus ho- mo. Na-tí-vi-tas Dó-
Solemniter
mi-ni nostri Jesu Chri- sti se-cúndum car- nem.

IN NATIVITATE D. N. J. C.

In I Nocturno





térnus. ℟. Amen.

Lectio I


P rimo témpo-re alle-vi- á-ta est terra Zábu-lon, et terra Néphta-li: et no-víssimo aggravá-ta est vi- a ma-ris trans Jordánem Ga- li-lǽ-æ génti- um. Pópu-lus qui ambu-lábat in té-nebris, vi-dit lu-cem magnam: ha-bi-tánti-bus in re-gi- óne umbræ mortis, lux orta est e- is. Mul-tipli-cásti gentem, et non magni- fi-cásti læ-tí-ti- am. Læ-ta-búntur co-ram te, si-cut qui læ-tántur in messe, si-cut ex-


súltant victó-res capta præda, quando di-ví-dunt spó-li- a.
Jugum e-nim óne-ris e- jus, et virgam húme-ri e- jus, et
sceptrum exactó- ris e- jus supe-rásti si-cut in di- e Má-di-
an. Qui- a omnis vi- o-lénta prædá-ti- o cum tumúltu, et
vestiméntum mistum sánguine, e-rit in combusti- ónem, et
ci-bus ignis. Párvu-lus e-nim na-tus est no-bis, et fí- li- us
da-tus est no-bis, et factus est princi-pá-tus super húmerum
e- jus: et vocá-bi- tur nomen e- jus Admi-rá-bi- lis, Consi-
li- á-ri- us, De- us, Fortis, Pa-ter fu-tú-ri sǽcu- li, Princeps


pa-cis. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re no-bis. ℟. De- o
grá-ti- as.
Resp.
Hódi- e * nobis cæ-ló-rum Rex de Vírgi-ne nasci di-
gná-tus est, ut hómi-nem pérdi-tum ad cæ-lésti- a regna re-
vocá-ret; * Gaudet exérci-tus Ange-ló-rum: qui- a sa-lus
æ-térna humáno géne-ri appá-ru- it. ℣. Gló-ri- a in excél-
sis De- o, et in terra pax homí-nibus bonæ vo-luntá-tis. *
Gaudet. Glóri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.
Hó-di- e.


Lector:
Jube, Domne, bene-dí-ce-re.
Bened.
Uni-gé-ni-tus De- i Fí- li- us nos bene-dí-ce-re et ad-
juvá-re digné-tur. ℟. Amen.

Lectio II



C onso-lámi-ni, conso-lámi-ni, pópu-le me- us, di-cit
De- us vester. Loquími-ni ad cor Jerú-sa-lem, et advo-cá-
te e- am: quóni- am cómplé- ta est ma- lí- ti- a e- jus, di-
míssa est i-níqui-tas il-lí- us: suscé-pit de manu Dómi-ni
duplí-ci- a pro ómni-bus peccá-tis su- is. Vox clamántis in


de-sérto: Pa-rá-te vi- am Dómi-ni, rectas fá-ci-te in so-
li-tú-di-ne sémi-tas De- i nostri. Tu autem, Dómi-ne,
mi-se-ré-re nobis. ℟. De- o grá-ti- as.
Resp.
Hó-di- e * nobis de cæ-lo pax ve-ra descéndit. * Hó-
di- e per to-tum mundum mel-líflu- i facti sunt cæ-li.
℣. Hó-di- e il-lú-xit nobis di- es redempti- ó-nis novæ, re-pa-
ra-ti- ónis antíquæ, fe-li-ci-tá-tis æ-térnæ. * Hódi- e.
Lector:
Jube, Domne, bene-dí-ce-re.

Bened.




Spí-ri-tus Sancti grá-ti- a, il-lúminet sensus et corda



nostra. ℟. Amen.


Lectio III




O mnis val-lis exal-tábi- tur, et omnis mons et col-lis




humi- li- á-bi-tur: et e-runt pra-va in di-récta, et áspe-




ra in vi- as planas. Et re-ve-lá-bi-tur gló-ri- a Dómi-ni:




et vi-débit omnis ca-ro pá-ri-ter, quod os Dómi-ni locú-




tum est. Vox di-céntis: Clama. Et di-xi: Quid clamábo?




Omnis ca-ro fœnum, et omnis gló-ri- a e-jus quasi flos


agri. Exsiccá-tum est fœnum, et cé-ci-dit flos, qui-a
spí-ri-tus Dómi-ni sufflá-vit in e- o. Ve-re fœnum est pó-
pu-lus: exsiccá-tum est fœnum, et cé-ci-dit flos: Verbum
autem Dómi-ni nostri manet in æ-térnum. Tu autem, Dó-
mi-ne, mi-se-ré-re nobis. ℟. De- o grá-ti- as.
Resp.
Quem vi-dístis, * pastó-res? dí-ci-te, annunti- á-te
no-bis, in terris quis appá ru- it? * Na-tum ví-dimus, et cho-
ros Ange-ló-rum collaudántes Dómi-num. ℣. Dí-ci-te, quidnam



vi-dístis? et annunti- á-te Christi na-ti-vi-tá-tem. * Na-tum.
Lector:
Jube, Domne, bene-dí-ce-re.
Bened.
In uni-tá-te Sancti Spí-ri-tus bene-dí-cat nos Pa-ter
et Fí-li- us. ℟. Amen.

Lectio IV


Consúrge, consúrge, indú- e-re forti- túdi-ne tu- a,
Si- on, indú- e-re vestiméntis gló-ri- æ tu- æ, Jerú-sa-lem, cí-
vi-tas sancta: qui-a non adjí-ci- et ultra ut pertránse- at
per te incircumcí-sus et immúndus. Excú-te-re de púlve-


mg
a
re, consúrge, sede, Jerú-sa-lem: solve víncu-la col-li tu- i,
captí-va fí- li- a Si- on. Qui- a hæc di-cit Dóminus: Gra-tis
venúmda- ti estis, et si-ne argénto re-dimémi-ni. Qui- a
hæc di-cit Dómi-nus De- us: In Ægýptum descéndit pópu-
lus me- us in princí-pi- o, ut co-lónus esset i-bi: et As-
sur absque ulla causa ca-lumni- á-tus est e- um. Et nunc
quid mi-hi est hic, di-cit Dómi-nus, quóni- am oblá-tus est
pópu-lus me- us gra-tis? Domi-na-tó-res e- jus i-níque agunt,
di-cit Dómi-nus: et júgi- ter to-ta di- e nomen me- um blas-



phemá-tur. Propter hoc sci- et pópu-lus me- us nomen me-
um, in di- e il-la: qui- a ego ipse qui loquébar, ecce
adsum. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re nobis.
Resp.
Descéndit * de cæ-lis De- us ve-rus a Patre gé-ni-tus,
intro -í-vit in ú-te-rum Vírgi-nis, nobis ut appa-ré-ret vi-
sí-bi- lis, indú-tus est carne humána pro-topa-rénte é-di-
ta. * Et e-xí-vit per portam clausam De- us et homo,
lux et vi- ta, cóndi-tor mundi. ℣. Tamquam sponsus Dó-




In II Nocturno



Bened.




De- us Pa-ter omnípo- tens, sit nobis pro-pí- ti- us et




clemens. ℟. Amen.


Lectio V




Sermo Sancti Le- ónis Papæ. Salvá-tor noster, di-le-




ctíssimi, hódi- e na-tus est: gaude- ámus. Neque e- nim



fas est locum esse tristí- ti- æ, u-bi na-tá-lis est vi- tæ:




quæ, consúmpto morta- li- tá-tis timóre, no-bis ínge-rit de




promíssa æ-terni- tá-te læ- tí-ti- am. Nemo ab hu- jus a- la-




cri- tá-tis parti-ci-pa- ti- óne se- cérni-tur. Una cunctis læ-



tí-ti-æ commú-nis est rá-ti-o: qui-a Dóminus noster, pec-
cá-ti mortísque destrúctor, si-cut nullum a re-á-tu lí-berum
ré-pe-rit, i-ta pro li-be-rándis ómni-bus ve-nit. Tu autem,
Dómi-ne, mi-se-ré-re nobis. ℟. De-o grá-ti-as.
Resp.
O-magnum mysté-ri-um, * et admi-rá-bi-le sacramén-
tum, ut a-nimá-li-a vi-dé-rent Dóminum na-tum, jacéntem
in præ-sépi-o: Be-á-ta Virgo, cu-jus vísce-ra me-ru-é-
runt portá-re Dóminum Christum. ℣. Ave, Ma-rí-a, grá-


ti- a plena; Dóminus te-cum. * Be- á-ta.
Lector:
Jube, Domne, bene-dí-ce-re.
Bened.
Christus perpé-tu- æ det nobis gáudi- a vi-tæ. ℟. Amen.


Lectio VI



Exsúltet sanctus, qui-a appropínquat ad palmam: gáu-
de- at peccá-tor, qui- a invi- tá-tur ad vé-ni- am: a-nimé-tur
Gentí- lis, qui- a vocá-tur ad vi-tam. De- i namque Fí- li- us
secúndum ple-ni-tú-di-nem témpo-ris, quam di-ví-ni consí-
li- i inscru-tá-bi- lis alti-túdo dispó-su- it, reconci- li- án-


dam auctó-ri su- o na-tú-ram géne- ris assúmpsit humá-ni,
ut in- véntor mortis di- ábo-lus, per ipsam, quam ví-ce-
rat, vince-ré-tur. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re nobis.
℟. De- o grá-ti- as.
Resp.
B e- á-ta De- i Gé-ni-trix Ma-rí- a, * cu- jus vísce-ra in-
tácta pérmanent. * Hó-di- e génu- it Salva-tó-rem sǽcu-li.
℣. Be- á-ta, quæ cré-di-dit: quóni- am perfé-cta sunt ómni- a
quæ dicta sunt e- i a Dómi-no. * Hódi- e.



Lector:
Jube, Domne, bene-dí-ce-re.
Bened.
Ignem su- i amó-ris accéndat De- us in córdibus
nostris. ℟. Amen.

Lectio VII


I n quo conflíctu pro no-bis í-ni-to, magno et mi-
rá-bi- li æqui-tá-tis jure certá- tum est, dum omnípo-tens
Dóminus cum sæ-víssimo hoste non in su- a ma-jestá-
te, sed in nostra congré-di-tur humi- li- tá-te: objí-ci- ens
e- i e- ámdem formam, e- amdémque na-tú-ram, morta-



li-tá-tis quidem nostræ partí-ci-pem, sed peccá-ti to-tí- us
expértem. A-li- énum quippe ab hac na-ti-vi-tá-te est,
quod de ómnibus lé-gi-tur: Nemo mundus a sorde, nec in-
fans, cu-jus est u-ní- us di- é- i vi-ta super terram. Ni-hil
ergo in istam singu-lá-rem na-ti-vi-tá-tem de carnis con-
cu-piscénti- a transí-vit, ni-hil de peccá-ti lege maná-vit.
Virgo ré-gi- a Da-ví-di-cæ stirpis e- lí-gi-tur, quæ sacro
gra-vi-dánda fœ-tu, di-ví-nam humanámque pró-lem pri- us



concí-pe-ret mente, quam córpo-re. Et ne supérni igná-ra
consí- li- i ad i-nu-si-tá-tos pa-vé-ret affá-tus, quod in
e- a ope-rándum e-rat a Spí-ri-tu Sancto, collóqui- o
discit angé-li-co: nec damnum cre-dit pudó-ris De- i Gé-
nitrix mox fu-tú-ra. Tu autem, Dómine, mi-se-ré-re
nobis. ℟. De- o grá ti- as.
Resp.
S ancta * et imma-cu-lá-ta virgí-ni-tas, quibus te láu-
di-bus éffe-ram nésci- o: * Qui-a quem cæ-li cápe-re non



pó-te-rant, tu- o grémi- o contu- lísti. ℣. Bene-dícta tu in
mu- li- é-ri-bus, et be-ne-díctus fructus ventris tu- i. * Qui-a.
Lector:
Jube, Domne, bene-dí-ce-re.
Bened.
A cunctis ví- ti- is et peccá- tis absólvat nos virtus
sanctæ Tri-ni-tá-tis. ℟. Amen.

Lectio VIII


A - gámus ergo, di-lectíssimi, grá- ti- as De- o Patri, per
Fí- li- um e- jus in Spí-ri- tu Sancto: qui propter multam
ca-ri- tá-tem su- am, qua di- lé-xit nos, mi-sértus est nostri:


et cum essémus mórtu- i peccá-tis, convi-vi-fi-cá-vit nos
Christo, ut essémus in ipso nova cre- a-tú-ra, novúmque
figméntum. Deponámus ergo vé-te-rem hómi-nem cum ác-
ti-bus su- is: et adépti parti-ci-pa- ti- ónem gene-ra- ti- ó-nis
Christi, carnis renunti- émus opé-ri-bus. Agnósce, o Chri-
sti- áne, digni-ta-tem tu- am: et di-vinæ consors factus na-
túræ, no-li in vé-te-rem vi-li-tá-tem degéne- ri conversa-
ti- óne re-dí-re. Meménto cu-jus cá-pi-tis et cu-jus cór-



po-ris sis membrum. Remi-nísce-re, qui-a é-ru-tus de po-te-
stá-te tenebrárum, translátus es in De-i lumen et regnum.
Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re nobis. ℟. De-o grá-ti-as.
Resp.
A -nge-lus ad pastó-res a-it: * Annúnti-o vo-bis gáu-
di-um magnum, quod e-rit omni pópu-lo: qui-a na-tus est
vo-bis Salvá-tor, * Qui est Christus Dóminus in ci-vi-
tá-te Da-vid. ℣. Inve-ni-é-tis infántem pannis invo-lútum,
et pó-si-tum in præsé-pi-o. * Qui est. Gló-ri-a Patri,




et Fí-li- o, et Spi-rí-tu-i Sancto. * Qui est.

In III Nocturno


Antiph.




Párvu-lus fí-li-us * hódi- e na-tus est nobis: et vocá-



bi-tur De- us, for-tis, alle-lú-ja, alle-lú-ja. E u o u a e. 8.




℣. Ipse invo cábit me, alle-lú-ja.



℟. Pa-ter me-us es tu, alle-lú-ja.

Absol.



A víncu-lis pecca-tó-rum nostró-rum absólvat nos om-




nípo-tens et mi-sé-ri-cors Dómi-nus. ℟. Amen.

Lector:




Jube, Domne, be-ne-dí-ce-re.

Bened.



Evangé-li-ca lécti- o sit nobis sa-lus et pro-té-




cti- o. ℟. Amen.


Lectio IX




Lécti- o sancti Evangé-li- i secúndum Matthǽ- um.




Li-ber gene-ra-ti-ó-nis Jesu Christi, Fí- li- i Da-vid, fí-




li- i Abraham. Abraham génu- it Isaac. Isaac autem gé-



nu- it Jacob. Et ré- liqua.



Homi- lí- a sancti Hi- e-rónymi Presbý- te-ri. In I-sa-




í- a légimus: Gene-ra-ti- ónem e- jus quis enarrá-bit? Non


ergo pu-témus Evange- lístam prophé- tæ esse contrá- ri-
um, ut quod il-le impossí-bi- le di-xit effá-tu, hic narrá-
re incí- pi- at: qui- a i-bi de gene-ra- ti- óne Di-vi-ni-tá-
tis, hic de Incarna- ti- óne est di-ctum. A carná- li-bus
autem cœpit, ut per hómi-nem De- um dísce-re inci-pi-
ámus. Fí- li- i Da-vid, fí- li- i Abraham. Ordo præpóste-
rus, sed ne-cessá-ri- o commu- tá- tus. Si e-nim primum
posu- ísset Abraham, et póste- a Da-vid, rursus e- i repe-
téndus fú- e-rat Abraham, ut gene-ra-ti- ónis sé-ri- es te-


xe-ré- tur. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re no-bis. ℟. De- o
grá- ti- as.
Resp.
Ecce Agnus De- i, * ecce qui tollit peccá-ta mundi,
ecce de quo di-cébam vo-bis: Qui post me ve-nit, ante
me factus est: * Cu- jus non sum dignus corrí-gi- am cal-
ce- améntí sólve-re. ℣. Qui de terra est, de terra lóqui-
tur: qui de cælo ve-nit, super omnes est. * Cu- jus.
Lector:
Jube, Domne, be-ne- dí- ce-re.


Benen. 

Per Evangé-li-ca dicta de-le- ántur nostra de-lí-cta.




℟. Amen.

Lectio X




Lécti- o sancti Evangé-li- i secúndum Lu-cam. In




il-lo témpo-re: E-xi- it e-díctum a Cǽsa-re Augústo, ut




descri-be-ré-tur u-ni-vérsus orbis. Et ré- liqua.




Homi- lí- a sancti Gregó-ri- i Pa-pæ. Qui-a, largi-



énte Dómi-no, Missá-rum so-lémni- a ter hó-di- e ce-lebra-



tú-ri sumus, lo-qui di- u de e-vangé-li-ca lecti- óne non



póssumus; sed nos á- liquid vel bré-vi-ter dí-ce-re, Redem-

ptó-ris nostri Na-tí-vi-tas ipsa compél-lit. Quid est e-nim,

quod nasci-tú-ro Dómi-no mundus descrí-bi-tur, ni-si hoc,

quod apérte monstrá-tur, qui-a il-le appa-rébat in car-

ne, qui e-léctos su-os adscrí-be-ret in æ-terni-tá-te? Quo

contra de répro-bis per prophé-tam dí-ci-tur: De-le-ántur

de libro vi-vénti-um, et cum justis non scri-bántur. Qui

bene é-ti-am in Béthlehem násci-tur: Béthlehem quippe

domus pa-nis interpre-tá-tur. Ipse namque est, qui a-it:

Ego sum pa-nis vi-vus, qui de cæ-lo descéndi. Locus ergo,




in quo Dómi-nus násci-tur, domus pa-nis ánte-a vo-cá-




tus est; qui-a fu-tú-rum pro-fécto e-rat, ut il-le i-bi per




